R. P. D.

A Z E D O

Ferrarien. Legati.

P R O

Illm̃a , & Excm̃a D. Com. Aurelia Cauriani Doneſmondi .

C U M

Illm̃o ; & Excm̃o D.March. Guido Villa .

A

Reſtrictus Facti , & Juris .
Viden. Etiam R.P.D. Ponentis.

12

ROMÆ , Typis Lazzarini 1785.

Digitized by Google

8944

Digitized by Google

Stantibus &c.

Dubium = *An & quid contineatur ſub Legato Gemmarum, de quo agitur, itaut ſit relaxandum Mandatum, & pro quibus rebus in caſu &c.*

1 Rev. Pater. ORNAMENTA PRETIOSA OMNIA, quibus haud abundabat, legavit moriens Comitiſſa Felicita Cauriani. Hæredem ſibi fecerat Nobilis Fœmina Marchionem Guidonem Villa Vitum ſuum, cujus præclara Nobilitas, & dives conditio inſignibus, quibus præfulget animi dotibus longe concedit. Ab eo igitur inter cætera, quæ præceperat Legata, dari juſſit Comitiſſæ Aureliæ Cauriani Doneſmondi duplici & conſanguinitatis, & ſpiritualis affinitatis vinculo ſibi conjunctæ = TUTTE LE POCHE GIOIE =, quæ in ejus hæreditate reperirentur, atque ita ſcripſit = *Laſcio alla mia NIPOTE Conteſſa Aurelia Cauriani Doreſmondi di Mantova mia Figliozza tutte le POCHE GIOIE A ME APPARTENENTI = Summario num. 1, litt. A.* Et quoniam de ſpectatiſſima hæredis integritate ſummopere confidebat, addidit, ſe de QUANTITATE JOCALIUM nullam hæredi ab Legataria moveri quæſtionem debere; nam dixit illa eſſe = *NOTE all' infraſcritto mio Erede, dal quale eſſa doverà riceverle, ſenza chiederne il minimo CONTO, e come ſuol dirſi ad occhi chiuſi, SAPENDO IO QUANTO GRANDE SIA LA SUA PROBITA', E ONESTA' = dicto num. 1. litt. A.*

2 Sed & aliud Teſtatrix ſcripſit *Legatum*, quod licet ad præſentem quæſtionem minime pertineat, attamen ad declarationem ejus voluntatis ſummopere confert. Nam Famulæ legans *Veſtes*, præclare edixit quid vellet *ab eo genere exceptum* = ibi = *Laſcio alla mia Cameriera Luigia Boſchetti per i lunghi, ed attenti ſervigj preſtatimi TUTTE LE ROBBE DI MIA VESTIARIA, cioè Biancheria, Abiti, Calzette, ſcarpe, e coſe ſimili, che ſi troveranno ſeguita la mia morte, ALLA RISERVA delle robbe da me, diſpoſte nel preſente mio Teſtamento, e DEI MERLI, che formano finiture intiere con Code da teſta, che dovranno reſtare a diſpoſizione del mio Signor Erede = Summar. eod. num. 1. litt. B.* Denique ad Legatarios urbaniſſima Mulier converſa, veniam ab eis poſtulavit; quod præ vi-

tibus ſuæ hæreditatis nequiverit liberalior eſſe = *Aurel fatto*, inquit, MOLTO DI PIU' *di quello, che hò fatto, ſe le forze della mia Eredità lo aveſſero* PER MESSO= *dict. num.* 1, *litt.*B,

3 Poſtquam Teſtatrix fato functa eſt, confiſa Comitiſſa Aurelia Cauriani Doneſmondi Legataria in probitate, & honeſtate eximia Marchionis Villa hæredis, expectabat ſibi tradi = TUTTE LE GIOJE = ad Defunctam pertinentes. Sed obſtupuit cum intellexit, Marchionem Villa in ea verſari opinione, quod Felicita Cauriani Teſtatrix non Itala, ſed Latina lingua uſa eſſet in ſcribendo Legatono n vulgari Matronarum dialecto, ſed dialecto *Sabini*, *&* *Servii*, ut cum nominaverit *le Gioje* intellexerit *de Gemmis*, & cum intelligeret de Gemmis, ſubtilemnec amplius uſu receptam fecerit diſtinctionem inter Lapillos, lapides pellucidos, & Margaritas, itaut legaſſe quidem putaverit Adamantes, Smeragdos, Hiacynthos, non autem Amethyſtos, vulgo *Granate*; multoque minus Margaritas, vulgo *Perle*, & nequidem *Corallia*. Adauctus eſt Legatariæ ſtupor cum vidit ſibi offerri *dimidiatas* Teſtatricis Armillas, Nam quemadmodum pars precipua Armillarum ſecundum hodiernos mores eſt *Fibula*, vulgo = *Fermezaa* = gemmis ornamenta; quidquid autem a Fibula pendet, vilioris, aut pretioſioris materiæ indifferenter eſſe poſſit, ut videas paſſim pretioſiſſimis Fibulis ſubſtineri viliſſimas tænias, vulgo = *fettucie* =; Hinc proinde putabat, *Armillas integras* ſibi tradi oportere, Fibulas nimirum una cum adjunctisMargaritarum lineis, quas Fibulis *cedere* nemo non intelligebat. Quæſivit ergo humaniter ab Hærede cauſam, cur in has difficultates pertraheret Legatum ſatis perſpicuum,

4 Siluiſſet quidem Comitiſſa ſi hæres *negaſſet* adeſſe in hæreditate Amethyſtos, Corallia Margharitas, memor nempe præcepti, quo cogebatur accipere ab hæred = TUTTO LE GIOJE =; & quidem = *ſenza chiederne il* MINIMO CONTO =. Sed ſilere non poterat, dum, hærede fatente = *per la ſua probità, ed Oneſtà* = adeſſe in hæreditate & Amathyſtos, & Corallia, & Margarithas, negabat tantum, eas res comprehendi ſub Legato= DI TUTTE LE GIOJE = Cur ſileret, ſi ab inſtantia Matronas omnes, Mulierculaſque audiverat, dum nonominabant = *le Gioje* = indicare cum Adamantibus Smaragdiſque = *le Perle, le Granate i Coralli*? = Cur ſileret, ſi imperans quotidiæ Ancillæ: Affer = *le mie gioje*= videbat afferri capſulas, quibus omne genus *jocalium*, atque ita & Corallia, & Amethyſti, & Margaritæ includeren-

ren-

Digitized by Google

tentur? Cur denique ſileret, ſi omnibus interrogatis Opificibus ac Mercatoribus = DI GIOJE = una voce reſponderi ſibi intelligebat, hoc nomine & Amethiſtos, & Corallia, & Margarita ſignificari? Nam certe Veneti, Vincentini, Mantuani, Romani harum rerum Periti, inter quos multi, qui Ædibus Sacris deſtinati ſunt a Principe, ut præſint extimandis = *le Gioje* = una voce ſub jurisjurandi religione teſtantur = *qualmente ſotto la denominazione, e VOCABOLO DI GIOJE s' intendono compreſe PERLE, Brillanti, Diamanti, Rubbini, e Smeraldi, e tale Denominazione viene in queſto Paeſe comunemente uſata, ſi in queſto Monte, che da tutti li Profeſſori Giojellieri = Sum. a num. 2. ad num. 5.*

5 Verum nihil Legatariæ profuit, quod ſilentia rupiſſet. Subtiliſſimus a conſiliis hæredis adſtabat Juriſconſultus, qui confiſus Dictionario Taurinenſi, ubi vox itala = *Gioja* = latine vertitur = *Gemma* =, & nimium veneratus Sententiam *Sabini*, qui putabat Gemmarum appellatione Margaritas non contineri, falſam ejus animo inſtillaverat opinionem, ut minime Legatariæ deberentur Uniones, Corallia, & Amethyſti, ſed, ut ſciſſis armillis, ſolæ illarum fibulæ adamantinæ eſſent præſtandæ. His conſiliis acquieſcens hæres; elatus etiam teſtimoniis nonnullorum *Judeorum*, aliorumque obſcuriſſimi nominis *Argentariorum, & Aurificum*, qui oblatis ſibi, *diſſertationibus ex hyſtoria naturali*, ſubſcribere cæco impetu non detrectaverant, Affirmantes diverſam eſſe ſignificationem = *delle Perle* = ac illam = *delle Gioje* =; immemor denique, multoties ipſum Defunctæ Uxori poſcenti = *le Gioje* = tradere debuiſſe thecam, qua cum cæteris gemmis, uniones quoque & corallia, & Amethyſti includebantur, acerrime obſtitit Legatariæ, ut ne cum cæteris gemmis, has quoque traderet, quas negabat venire ſub appellatione = DI TUTTE LE MIE GIOJE =. Satis non fuit Legatariæ Reſponſa Juriſconſultorum Urbis, Mediolani, Mantuæ exhibere hæredi, quibus monebatur, COMMUNEM USUM LOQUENDI in Legatis interpretandis eſſe ſequendum. Prævaluerunt in animo egregii Viri ſubtilitates ſuorum Conſultorum, a quibus ne diſcederet, maluit rem ad Judicem deferri; & quoniam non Priami opes faciebant Litem, ſed modicus Armillarum valor tantam concitaverat contentionem, prudenti conſilio rem cito definiri curavit ab hoc Sac. Tribunali ex Sacratiſſimi Principis Reſcripto. Quare cum hodie a RR. PP. quæratur num Margaritæ, Corallia, & Amethiſti veniant ſub appellatione = DI TUTTE LE MIE POCHE GIOJE = incunctanter reſponderi confidimus = *Affirmative* =

in omnibus ; *etiam quoad Margaritas* , *Corallia* , *&* *Amethiſtos* , *& pro iis eſſe relaxandum Mandatum* =, quod obſequentiſſimis precibus flagitamus.

6 Non enim ambigitur, deberi ex Teſtamento Legatum = DELLE GIOJE = quippe cum & integræ, ſolemneſque ſint Tabulæ, & voluntas Teſtatricis nitidiſſimis verbis expreſſa. Quamobrem expeditiſſima Legatariam actione juvari, & pro re legata Mandatum eſſe relaxandum jubet *Text. in Leg. Legatum ff. de legat.* 1., *& §. Legatum inſtitit. de Legat.*, de qua *Rot. deciſ.* 606. *num.* 7. *coram Molin. in Romana Immiſſionis* 25. *Aprilis* 1746. *§. Quoties coram bon. mem. Canilliac.*, *& in Romana Dotis* 20. *Januarii* 1751. *§.* 3. *coram clar. mem. Matthejo.* Unum Adverſarii contendunt: *Dubium* eſſe, an appellatione = *delle Gioje* = veniant Margaritæ, Corallia, & & Amethiſti; in dubio autem adverſus Legatariam reſpondendum eſſe, ut quid minus in Legato comprehendatur. Ita ne vero? At ſi vel dubium eſſet, utrum legatis = *Tutte le mie poche Gioje* = legata intelligerentur Margarita, Corallia & Amethiſti in hac ipſa dubitatione reſpondendum eſſet pro Legataria.

7 Abſolutiſſimi namque juris eſt *Voluntatis* quæſtionem eſſe pluſne, minuſve ſub legato comprehendatur, itaut ſi conſtet de Teſtatoris voluntate ampliandi potius, quam reſtringendi Legatum, pro Legati amplitudine vel in Dubio ſit reſpondendum, ad *Text. in Leg. quod in rerum* 24 *§. Quod ſi quis poſt ff. de legat.* 1., *Leg. cum Fundus* 100 *ff. de legat.* 2., *Leg. Si is qui ducent in princip ff. de reb. Dub.*, *Cephal. conſ.* 144. *lib.* 16. *Old. conſ.* 21. *num.* 36. *& ſeqq. uſque ad* 52., *Galeat. contr.* 22. *n.* 2. *& ſeq. lib.* 1., *Mantic. de Conject. ult. volunt. lib.* 7. *tit. num.* 32. = ibi = *Secundo non obſtat, quod Legatum, & fideicommiſſum ſtrictè intelligatur &c., quia illud procedit; quando eſt incertitudo voluntatis &c. SED UBI EST AMBIGUITAS VERBORUM, LATA INTERPRETATIO FIERI* DEBET, UT EX PRÆDICTIS CONSTAT *Rot. dec.* 265. *num.* 8. *part.* 11. *recen.* = ibi = *Quod denique in Legatis ſtricta fieri debeat interpretatio*, PROCEDIT IN DUBIO, NON AUTEM IN CLARIS = *& dec.* 245 *num. & ſeq. part.* 14.

8 At vero quod Teſtatrix ampliari Legatum voluerit, ſuadent verba, quibus Legatum conceptum eſt. Nam reſcripſit Teſtatrix = TUTTE *le mie poche gioje* = Cum itaque ampliſſima occurrant Legati verba, vehemens inde exurgit argumentum, ut Legatum ampliari potius, quam reſtringi Teſtator voluerit, quemadmodum ad rem expendunt *Valent. de ultim. volunt. vol.* 7. *par.* 2. *n.* 24 *&* 53;

Digitized by Google

ibi = *Quæ ſi procedunt quoties Legati interpretatio commendatur ex conjecturata Teſtatoris voluntate potiori ſane jure locum ſibi vindicabunt, quando veriſimilis illius voluntas coadjuvatur etiam* DE AMPLITUDINE VERBORUM; *hoc enim caſu fieri minime dicitur extenſio Legati, ſed comprehenſio, ſive declaratio conſona proprietati verborum, quibus Legatum conceptum eſt* = *& Vot.* 11. *num.* 25. = ibi = *Dicendum eſt omnia illum comprehendere voluiſſe ſub Legato præſertim inſpecta univerſalitate illius dictionis = Tutti = ut monet &c.* = *& Rota in Bononien. Tabulæ Gemmatæ* 30. *Martii* 1778. §. 9. *coram b. m. Litta* = ibi *Conſtat Cæſarem huic Legato attribuiſſe* = *TUTTI gl' Orologi, Argenterio, e Gioje* = *quæ ſunt verba Legatorum ampla, pinguia, effrenata niſi hæc erunt? Sane illud* = TUTTI *univerſitatis nota eſt* = *& in Romana Fructuum Locorum Montium* 10. *Maii* 1782. §. 5. *coram R̃mo Sentmanat.* = ibi = *Patentius id demonſtrabant verba* = *Quindi TUTTI i Frutti de' Luoghi di Monte Bentivoglio* = *ſub hiſce enim generalibus verbis, niſi in vita recta ratione unum, vel alterum bimeſtre contineri poterat affirmari. Sub Vocabulo enim* = *TUTTI* = *omnes fructus nec exactos, neque ſolutos comprehendi indubium eſt* =

9 Legati verbis reſpondet intimum Teſtatricis conſilium. Nam quæ ſcripſit = LASCIO TUTTE LE MIE POCHE GIOJE = vehemens oſtendit deſiderium, plura, ſi habuiſſet, relinquendi jocalia, cum quereretur, ea eſſe = POCHE = Reapſe ubi Legatum reſtringere voluit, expreſſit. Ancillæ legavit Veſtes ibi = TUTTE LE ROBBE DI MIA VESTIARIA, cioè Biancheria, Abiti, = Calzette, Scarpe, e coſe ſimili = *Summ. n.* 1. *lit. B.*. Quis negaverit, Veſtimentis Legatis, reticula contineri? Attamen Teſtatrix excepit = *I Merli, che formano finiture intierte con Code da Teſta, che dovranno reſtare a diſpoſizione dell' Erede* =. Patet ergo Teſtatricem, quæ ubi aliquid a Genere Legato exceptum voluit, expreſſit, ubi non expreſſit, nullam fieri exceptionem voluiſſe *Altograd. ſen. conſ.* 49. *n.* 51. *lib.* 1. *Actolin. reſol.* 116. *ſub n.* 12. *verſ. quod ulterius, Capyc. Litr. conſ.* 24. *n.* 3., *Polit. de Legat. diſs.* 139. *n.* 20. ibi = Tum etiam tacita, & = conjecturata voluntate Teſtatoris dilucide ſcatenie ex = modo diſcretivo loquendi, quo uſus eſt in ordinando alio annuo, & pio Legato &c., quæ diſcretiva locutio indicat, Teſtatorem non ſenſiſſe idem in utroque = caſu, ſed conſulto AMPLAS IN UNO, & PRESSIORES DICTIONES IN ALTERO USURPASSE = *Rot. dec.* 58. *n.* 10. *p.* 9. *rec. dec.* 170. *n.* 4. *cum ſeqqen.*

Digitized by Google

p. 17. , *& dec.* 633. *n.* 3. *p.* 18. *tom.* 2. Sed accedit, quod Teſtatrix quaſi veniam peteret a Legatariis ſcripſit = *avrei fatto molto di piu di quello , che ho fatto , ſe le forze della mia Eredità lo aveſſero permeſſo* = qua quidem aperta animi ſignificatione demonſtravit, ſe non *quid minus*, ſed *quid pluris* Legatum abs ſe voluiſſe, ut adimpleretur = *IL DI PIU che le forze dell' Eredità aveſſero PERMESSO*.

10 Quamquam quid de reſtrictione controverſi Legati Adverſarii cavillantur? Cur non in faciem reſpiciunt tum LEGANTIS, tum LEGATARIÆ? Teſtatrix quidem, quę legavit, Matrona erat nobiliſſimo ſanguine progenita ac liberaliſſimis imbuta moribus, ut nefas ſit eam ita puſillanimem fingere, quæ a Legato DI TUTTE LE MIE POCHE GIOJE exceptam voluerit miſeram etiam quantitatem = *delle Perle , de' Coralli , e delle Granate* = Neminem porro latet hujuſmodi Legata, quæ neceſſitudinis, aut grati animi cauſſa a Nobiliſſimis Perſonis relinquuntur, ampliſſima eſſe in quovis dubio interpretatione donanda; *Menoch, de præſ, lib.* 4. *præſ.* 107. *n.* 22. ibi= = Declaratur ſecundo, ut non habeat locum quando qualitas perſonæ Teſtatoris ſuadet, eum ſenſiſſe de majori, non autem de minori, ut in Legato relicto = a Nobili divite, Nam illud largam admittit interpretationem, ut quod plus eſt legaſſe præſumatur = , = *& Conciol. Alleg.* 68. *n.* 11. , *& Alleg.* 73. *n.* 10. *Coſt. vot. dec.* 474. *n.* 18. *Tom.* 4. ibi= Multo autem magis fieri = debet in præſ. lata interpretatio, quia relictum factum fuit = ex ſumma benevolentia, & affectione, qua Baldinus = proſequebatur Guidobaldum = *Rot. cor. Seraph. dec.* 240. *n.* 1. , *& coram Rembol. dec.* 474. *n.* 7.

11 At quæ demum Legatariæ Conditio? Nimirum Nobilis alterius perſonæ, Sanguine, & affinitate Spirituali Teſtatrici conjuncta = *Mia Nipote , e figliozza* = Quis ergo ne dubitaverit quidem, ut cum Nobilis Teſtatrix relinqueret *alla ſua Nipote , e figliozza tutte le ſue poche gioje*= diſcerpi Armillas voluerit, abſtrahi Margaritas, dari tantum fibulas; ex aliis autem Monilibus hinc Corallia evelli, illinc Amethyſtos, ut nihil integrum, nihil non vitiatum, deturpatumque acciperet=*La Nipote , e figliozza* = ? Perſpectum ſane omnibus eſt, latam ſumendam eſſe Legati interpretationem, ſi ſanguinis neceſſitudine Teſtatori conjunctus eſſe Legatarius noſcatur, cum major damis erga accipientem affectio majoris etiam, effuſiorisque liberalitatis præbeat argumentum; *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſ.* 107. *n.* 27. *Conſtant. Vot. dec.* 257 *n.* 18.

n. 18. *&* 19 *Rot. cor. Cavaler. dec.* 642. *n.* 3. *cor. Roxſ. dec.* 154. *n.* 5. *in rec. dec.* 239. *n.* 10. *p.* 7. ibi; = Præterea = ſuadetur hæc interpretatio ex qualitate perſonæ, cui = idem Legatum factum fuit, quia poterat in eo recipi = hæc extenſio, tam PROPTER CONJUNCTIONEM, = quæ intercedebat inter eam, & teſtatorem, quam etiam = propter plura argumenta benevolentiæ, quæ ille eidem = oſtendit in Teſtamento &c. *Alciat. &c.* ubi dicit hoc = caſu LOCUM NON HABERE REGULAM CON- = TRARIAM, ut interpretatio Legati facienda ſit in = dubio ad favorem hæredis, ac contra Legatarios = *dec.* 58. *num.* 6. *part.* 9. *tom.* 1., *& deciſ.* 484. *num.* 6. *part.* 13.

12 Quin ullum de anguſtandi Legati finibus indicium ſumant Adverſarii ex verbis, quibus Teſtatrix de judicio, honeſtateque hæredis ſui merito confidere viſa eſt. Scripſit enim = *Tutte le pochè gioje a me appartenenti, che ſono note al mio Erede, dal quale eſſa dovrà riceverle ſenza chiederne il minimo conto; e come ſuol dirſi ad occhi chiuſi, ſapendo io quanto grande ſia la di lui PROBITA', ED ONESTA'* =. Ita quidem ſcripſit Teſtatrix, ſed dum ita ſcripſit, voluit tamen, ut Legato continerentur = TUTTE LE GIOJE = Voluit igitur, ut de QUANTITATE quidem Jocalium, quam hæres offert, dubitari non poſſet, ſed hæredem expreſſe gravavit, ut *integram Jocalium quantitatem* præſtaret. Cum ergo non neget heres adeſſe in hæreditate Margaritas, Corallia, Amethiſtos, neget vero ea Legato contineri, nihil hic de fide honeſtateque hæredis quærendum eſt, ſed unice quærendum de hæredis juriſprudentia. Eſt ne vero ut hæredis juriſprudentiæ decidendum Teſtatrix reliquerit QUID contineretur Legato? Minime. Quamobrem ſi conſtat, voluiſſe Teſtatricem, ut hæres quid plus, non quid minus Legatariæ preſtaret, magis erit ut vel in dubio omnia præſtet, quæ an Legato contineantur, diſputatur, quam ut nimia ſubtilitate Legatum ipſum decurtare procuret. Quis enim non intelligit ipſam de hæredis probitate, & honeſtate panditam a Teſtatrice confidentiam non in ipſius heredis commodum, ſed in commodum, utilitatemque Legatariæ fuiſſe directam? Quis proinde ex his ipſis, quæ nobis objiciuntur Teſtamenti verbis non percipit, ampliorem quo fieri poſſet Legati interpretationem indixiſſe hæredi Teſtatricem, ut ſua ſemper conſtans eſſet voluntas, dubitationes omnes, quæ circa res Legato comprehenſas excitari poſſent non *ad ſummi iuris, ac ſubtilitatum apices*, ſed *ad probitatis, atque honeſtatis regulas* eſſe decidendas?

13 Sed ſatis jam falſiſſimæ datum hypotheſi, quod dubia ſit

A 5 Le-

Legati interpretatio. Quid enim dubii, aut quibus de rebus? Glomerant Adverſarii Margaritas, Corallia, Amathiſtos, & de omnibus ſimul dubium creant, an contineantur ſub Legato = DI TUTTE LE GOJE = Singula igitur proſequamur; & quod attinet adMARGARITAS,quæro unde dubium, utrum illæ comprehendantur ſub Legato = *di tutte le Gioje* = ? Quia nimirum, inquiunt Adverſarii, italum nomen = Gioje = reſpondet Latino vocabulo = GEMME =, Servio autem, Sabino, & Ulpiano viſum eſt, *Gemmarum* appellatione *Margaritas* haud contineri. Nam tria pretioſarum rerum genera diſtinguit Ulpianus in *Leg. Cum aurum* 19. §. *Perveniamus ff. de aur. & arg. legat.* Primum Lapidum *pellucidorum*; Alterum lapidum *contrariæ naturæ*, tertium *Concharum*. Lapides pellucidos *Gemmas*; qui pellucidi non ſunt, *Lapillos* appellari jubet, utiturque auctoritate *Sabini*, quem dicit hanc doctrinam accepiſſe a *Servio*. Ita Adverſarii, quorum erit dare verba *Ulpiani*, cujus nobis Sententiam retuliſſe ſatis eſt. Habent ne aliud Adverſarii unde probent, appellatione = *di tutte le Gioje* = non contineri = *Le Perle* = ? Nihil prorſus. Ergo ſi aliud non habent, jam non dubitationes excitant, ſed cavillum creant, quod eruam a radice.

14 Vident enim RR. PP., in hoc Adverſarios jocari, ut cum itala Lingua ſcriptum ſit Legatum = *di tutte le Gioje* = æquiparare illud ſtudeant Legato, quòd Latina lingua ſcriberetur = *omnium Gemmarum* = Litem ergo e veſtigio non committam cum Ulpiano, Sabino, & Servio. Fingam verum eſſe, quod ex Ulpiano traditur, *Gemmas* diſtingui a *Margaritis*; quæro: certum ne eſt, italo vocabulo GIOJE reſpondere latinum GEMME? Id quidem certum eſſe affirmari nequit; quinimo falſiſſimum id eſſe, facile oſtendam. Sit tamen dubium. Attamen vel in hac dubitatione Cauſa cadant Adverſarii neceſſe eſt. Et falſiſſimum quidem eſt, italum vocabulum GIOJE reſpondere GEMMÆ. Haud moror auctoritatem Vocabularii *della Cruſca*, & Vocabularii Taurinenſis, quo legitur = *Gioja*, *Pietra prezioſa* (latine) *Gemma* = Nam eodem Vocabulario *della Cruſca*, ut videbimus, Margaritæ recenſentur ſub nomine *Gioje*. Non, inquam, Vocabulariorum auctoritatem moror, cum rem ipſam ſpectare debeamus.

15 Porro multa ſunt apud Italos verba ignota Latinis, quemadmodum & verba multa Latini habent, quorum Synonima fruſtra quæras apud Italos. Igitur dum Itala in Latina, & viciſſim, vertunt Vocabularia, ſi quando incidunt in Nomina, quorum non adſunt Synonima, confugiunt ad ſimilia. Verbum = *Gemma* = quod Italum eſt, Synonimum invenit apud Latinos, qui eodem utebantur

tur verbo = *Gemma* =, at non item Synonimum apud Latinos invenit verbum = GIOJE = Hujus verbi origo, & Significatio Latinis erat ignota. Non ergo converti poteſt in Synonimum aliquod, & æquivalens verbum Latini idiomatis, ſed per ſimilitudinem convertendum eſt in verbum = *Gemma* = Origo, & etymologia verbi = *Gioje* = venit a latinitate medii ævi. Uſu enim invaluit, ut quæ Muliebris ornamenti cauſa comparabantur, JOCALIA appellarentur. Latinitas medii ævi Mater fuit Gallici idiomatis: Gallicum autem idioma magna ex parte genuit *Italum*. Ex verbo JOCALIA, fecerunt Galli verbum JOYAUX. Ex hoc Itali fecerunt verbum = GIOJE = Quid autem JOCALIUM appellatione? Quid appellatione = DES JOYAUX = ? Nimirum *ornamenta muliebria pretioſa*, atque inter hæc MARGARITÆ, minime autem ſoli lapides pretioſi pellucidæ materiæ, atque adeo ſolæ Gemmæ in ſenſu Ulpiani, & Adverſariorum.

16 Sed demus rei compertiſſimæ præclara teſtimonia. Ita *Ulricus Uberus prælect. in ff. tit. de aur., & arg. Legat. num.* 4. = ibi = *Sub nomine* Kleinodien., *aut Jarreclees, quod eſt a Gallico JOYUAUX, & hoc A LATINO JOCALIA puto contineri gemmas, Lapillos, MARGARITAS, Succina, Corallia, Torques, annulos & omnia, quibus ad ornandum corpus utimur nec ad veſtimenta pertinent* = *DùGange Gloſſar. ad Scriptor. med., & infim. Latin. verb. Jocalia* = ibi = *Jocalia orum - Monilia, Gemmæ-annuli, aliaque id genus pretioſa, Gallicæ JOYUAUX, Anglis JORRELS, Gloſs. Iſonis Magiſtri ad Prude, Crepundia, Jocolia ornamenta. Proprie apud Nos Jocalia dicuntur QUÆCUMQUE AD MULIEBREM ORNATUM SPECTANT, & ejus quodammodo propria ſunt, ut Anuli, inaures, armillæ, viriolæ. Salmaſius ad Solinum videtur deducere a jocus joculus, & jocala Latinis vocabulis, quæ id omne ex quo aliquis voluptatem capit, ſonant; atque ita uſurpatur hæc vox in Quoniam Attachiam. Et certe admodum probabile eſt Vocabulum JOYAUX a noſtris uſurpatum, effictum a JOYE gaudium, quod his ſcilicet magis pueri, & ſequior Sexus potiſſimum delectatur. Vox autem JOYE ab eodem origine proficiſcitur, ſcilicet a Jocus* = Quod autem a Gallico verbo *Joyaux* veniat Italum *Gioje*, explicant *Antonini Vocabul. Italo-Franc. verbo Joyau* = ibi = *Joyau ornement precieux d'or, d'argent, DE PERLES &c. GIOJA, Giojello* = Franciſcus Alberti eodem verbo, ibi = JOYAU &c. SORTE D'ORNEMENT, GIOJA, GIOJELLO =

Digitized by Google

17 Patet ex his, verbum *Gioje* Syronimum non eſſe verbi *Gemma*, ſed alia ab origine ductum latius patere, & non modo Margaritas, ſed omnia muliebris corporis pretioſa ornamenta indicare. Si hæc ſatis Adverſariis non ſunt, dabo præclariora. Scire etenim non dedignentur, Margaritas = *Perle* = ſub nomine *Gioje*, ex proprietate Itali idiomatis certiſſime contineri. Quod cum conſtiterit, nihil quærendum eſt amplius de Servii, Sabiniique, atque Ulpiani ſententia excludentium a *Gemmarum* genere *Margaritas*. Perſpicuum enim erit verbum *Gioje* genus aliud indicare, quod latius patet genere *Gemmarum* accepto in ſenſu Servii, Sabini, & Ulpiani. Ita porro legimus apud *Chambras Dizionario delle Arti, e delle Scienze* verbo *Gemma* = ibi = *Tra le GEMME, le principali ſono il Diamante, il Rubino, lo Ziffiro, lo Smeraldo, la Turcheſa, l'Opalo, l' Agata, il Criſtallo &c., LE PERLE S' ANNOVERANO PUR FRA LE GIOJE benche non ſiano pietre* =, & verbo *PERLA* = ibi = *Perla, o Margarita nella Storia naturale un Corpo riplendente &c., E METTESI NEL NUMERO DELLE GEMME, O DELLE PIETRE PREZIOSE* = *Vocàbul. della Cruſca tom. 3. Lit. L. verb. Perla* = ibi = *PERLA GIOJA NOTA* = ; *Alberti Dizionario compendioſo portatile verb. Perla* = ibi = *Perla, GIOJA BIANCA, Perle* = Idem *Dictionaire Abregè Portatif Francois-Italien verb. Perle* = ibi = *Subſtance dure, blanche, & ordinariemente tonde, qui ſe forme dans certains poiſſons teſtaces PERLA: GIOJA* = *Facciolat. verb. Perla* = ibi = *Perla GEMMA MARGARITA. UNIO* = *Idem verb. Margarita* = ibi = *Margarita PERLA, unio, Capillus candidus in conchis naſcens* =

18 Quamquam quid Scriptorum utimur Auctoritate? Nulla eſt Fæmina nobilis, mediocris, infimæ conditionis, quam ſi interroges quid appellatione = *delle Gioje* = contineatur, non ſtatim reſpondeat tum Lapides pretioſas, tum Margaritas contineri. Interrogavimus harum rerum Peritos, Negociatores, eos etiam qui Montibus Pietatis adſunt æſtimandis pignoribus, omnes una voce reſponderunt, nomen GIOJE tam genericum eſſe, ut vulgo & *Margaritas* comprehendat. Nomen *Philippi Pentini*, vulgo *Todino* notiſſimum eſt in Urbe: Notum eſt nomen *Dominici Salvioni* = *STIMATORE DEL MONTE* =, nec Ignota, aut obſcura ſunt nomina aliorum Mercatorum = *di Gioje* = nempe *Joſephi Silveſtri, Cajetani Criſpi, Bernardini Caſtellacci, Ignatii Zuccarelli, Antonii Colangeli*, & cæterorum, qui unanimi conſenſione teſtantur =

Com.

Digitized by Google

Come ſotto il nome generico DI GIOJE reſtano, e s'intendono compreſe Granate, PERLE, Amatiſti, Rubini, Diamanti, Topazj, ed altre coſe ſimili, e tutto cio lo ſappiamo per la continua prattica, che abbiamo delle medeſime, ed allorche ſi dice GIOJA, ORDINARIAMENTE, E VOLGARMENTE SEMPRE s'intende ſotto quel nome di GIOJE, compreſe Granate, PERLE, Diamanti, Rubini, ed altre coſe ſimili; e queſta è la comune intelligenza da noi Profeſſori ritenuta, eſſendo noſtro meſtiere il comprare, e vendere le medeſime = Summar. num. 2., & 3.

19 Nec diſſimile eſt Judicium celeberrimorum Mercatorum Vicentiæ teſtantium = *Che ſotto il nome di GIOJE, cioè s'intendino, e ſi debbano comprendere ANCHE LE PERLE per quanto ſi accoſtuma in queſta noſtra Città di Vicenza, anzi in tutto queſto noſtro Sereniſſimo Dominio = Summario num.* 5. Iſque aſſenſum ſuum præbet longa manus Venetorum Mercatorum, ita affirmantium = ibi = *Ricercati del noſtro ſentimento, atteſa l'eſperienza che ne abbiamo, e la prattica nel Commercio, dichiariamo noi infraſcritti, che il termine DI GIOJE comprende, e ſi uſa per eſprimere tanto i Diamanti, e le altre Pietre prezioſe, QUANTO ANCORA LE PERLE, pronti occorrendo a convalidare la preſente atteſtazione col noſtro corporale giuramento = Summar. num.* 4., iiſque concinunt Mercatores Mantuani indubie teſtantes = *Qualmente ſotto la denominazione, e VOCABOLO DI GIOJE s'intendano compreſe PERLE, Brillanti, Diamanti, Rubini, e Smeraldi, e tale denominazione viene in queſto Paeſe comunemente uſata sì in queſto Monte, che da tutti li Profeſſori Giojellieri = Summar. num.* 2. Non eſt igitur dubitandum diutius, quin appellatione *delle Gioje* deſignetur genus longe amplius, quam ſit genus *Gemmarum* acceptum juxta Sententiam *Ulpiani*. Cum quærimus de vulgari, atque uſitata ſignificatione verborum ad artes, aut ad commercium pertinentium, nemini magis deferendum eſt, quam artis Peritis, Mercatoribus, & id genus hominibus, quibus ex inſtituto pertinet noſcere naturam rerum, quibus tractandis dant operam; ut ad rem admonent *Text. in leg. Septimo menſe ff. de ſtat. Homin., de Luc. ad Gratian. cap. 500. num. 14. verſ. Apices Juris,* 12
Caſareg. de Commer. de diſcurſ. 126. num. 7. = ibi = *Quorum in confirmationem addenda eſt fides Mercatorum in Proceſſu exhibita in his præciſis noſtris terminis atteſtantium &c., CUI QUIDEM MERCATORUM JUDICIO STANDUM EST OMNINO, QUANDO AGITUR*

DE

Digitized by Google

DE VI, ET INTELLIGENTIA VERBORUM = *Rot. cor. Ludoviſ. deciſ.*126.*num.*7., *coram Cerro deciſ.*42 *num.* 18., *& coram Molines deciſ.*565. *num.*17. = ibi = *Hiſce Teſtium depoſitionibus, quibus utpote teſtantibus de re ad eorum artem ſpectante venit plene deferendum* = *& in Neapolitana, ſeu Beneventana Executionis Laudi* 18. *Martii* 1754. §.8. *cor.Vicecomite.*

20 Quin ſecus cenſendum ſit ex Teſtimoniis ab Adverſariis afferendis. Sperno enim *Moyſem Vita Norza*, *Laudadio Zamorani*, *Moyſem Levi*, *& Bonajutum Solimani*, ſique alii ſunt hæbraici nominis. Scitum eſt, Judæos jurisjurandi ſacramento atteſtationes ſuas minime munire, nec penſi habere mendacia. Sperno Andream Lodi MASSARO DEGLI OREFICI, Joannem Mariam Ronchi OREFICE, tum Laurentium Petroncelli, & Aloyſium Valadin = *li quali non mai ſono ſtati Giojellieri, ma ſemplicemente ARGENTIERI* = *Summario num.* 6. Expectabam enim ut a Pictoribus etiam, vel a Statuariis quærerent Adverſarii quod genus deſignaret vocabulum *Gioje.* In rebus ad Artes, aut ad Commercium pertinentibus, ineptum eſt illorum ſectari Teſtimonia, qui Artis, ac Mercium vocabula ignorant *Cravett. conſ.*430. *num.*5., *Rot. coram Burat. deciſ.*538. *num* 14. *coram Dunozet. Jun. deciſ.* 103. *num.*21. *coram Falconer. tit. de Societ. deciſ.*1. *num.*14. *in Recent. deciſ.*544. *numer.*11., *&* 12. *part.*18. *tom.*2., *in Nullius, ſeu Carrarien. Nullitatis Contractuum* 6.*Jun.* 1757. §.7. *coram Buſſi*, *& in Hieracen. Alienationis Bonorum* 9. *Mart.*1759. §. 12. *coram claræ memor. Eminentiſſimo Elephantutio.* Contemno etiam alios ab Adverſariis afferendos Teſtes, qui cavilloſo ſermone deponunt = = *Che il ſemplice nome di Gioje PER SE MEDESIMO non è atto a comprendere, e ſignificare le Perle, e i Coralli* = Nam quid ſibi velit illud = *per ſe medeſimo* = ſatis non intelligo. Satis tamen intelligo, hos Teſtes perſuaſos eſſe, poſſe aliquando vocabulum = GIOJE = ita ampliari, ut genus exhibeat aptum comprehendere *Margaritas.* Nam aliud vocabula ſonant = *per ſe medeſimi* = aliud vero ſecundum uſum communem loquendi.

21 Sed maxime ſpernendos arbitror Teſtes ab Adverſariis inductos, qui ſe erigunt in *Judices*, atque in *Philloſophos*. Aliud eſt, quod Teſtis reddat *Scientiæ Cauſam*; aliud vero longe eſt, quod Teſtis ſua definitione partes aut Judicis, aut, quod magis eſt, Legiſlatoris aſſumat. Multo quidem in pretio habenda ſunt noſtra *Vincentinorum* Mercatorum, atque Opificum Teſtimonia, qui affirmantes vo-

ca-

cabulum = GIOJE = ampliſſimum genus indicare, aptumque comprehendere Margaritas; multas ſcientiæ cauſas afferunt, eductas ſive = *dalla comune opinione che ſi tiene da noi Profeſſori* = ſive = *dall'intrinſeco valore della Perla* = ſive etiam = *Perchè ne' Monti di Pietà non mai ſcrivono, nè ſi diſtinguono i pegni di Gioje da quelli di Perle* = ſive = *Perchè il Commercio della Perla ſi fà communemente da' Giojellieri* = ſive demum = *Perchè ſi oſſerva in pratica, che qualunque ornamento coſpicuo di Dama, e Signora che mancante foſſe di Perle non ſi potrebbe dire perfetto in ſuo genere &c.* = *Summar. num.* 5. Hos quidem Teſtes tam aptas, atque præciſas ſcientiæ cauſſas afferentes de rebus ad proprium inſtitutum pertinentibus magnam ſibi in judiciis fidem, auctoritatemque conciliare, tradunt *Felin. cap. in noſtra de Teſtibus*, *Monet. de Decimis cap. 5. num.* 79., *& num.* 81., *Rot. coram Gregor. deciſ.* 445. *num* 3. *coram Carill. deciſ.* 44. *num.* 12. *&* 13. *coram Molines deciſ.* 830. *num.* 4. *tom.* 3. *part.* 2. = ibi = *Verificatæ inquam fuerunt præfatæ conditiones ex depoſitione quatuor Teſtium, quibus utpote bene informatis, & optimam eorum ſcientiæ cauſam reddentibus venit plena fides adhibenda* = *& in Senogallien. Litterarum Cambii, ſeu Mercium Pretii* 4. *Julii* 1755. §. 6. *coram Stadion* = ibi = *Ita plures deponebant Teſtes Mercatores, quibus in re ſpectante ad proprium officium eſt, plene deferendum* =.

32 At quod contrarii Teſtes dicant = *Che le Gioje alludono ad un corpo LUCIDO TRASPARENTE prodotto nelle VISCERE DE MONTI, come ſono i Diamanti* = quod dicant = *Che tali non ſono le Perle CREATE DALLA RUGIADA* (quid ineptius?) *ed accolte preſſo il Mar Roſſo dalle Conchiglie* (num nonniſi apud Mare Rubrum Margaritæ piſcantur?) *che per ISTINTO DI NATURA ſi aprono a riceverle* = Quod hæc, inquam, contrarii Teſtes effutiant, hoc ipſo ſpernendi ſunt, multiſque Sibilis proſequendi. Mitto enim a Plinio forſan, atque ab Ariſtotile, vel ab Averroe, & Avicenna petitas has philoſophicas delicias de Rore procreante Margaritas; Mitto etiam ſuſpicionem, quam idipſum ingerit de Teſtium fide; quippe nemo in Urbe audivit umquam *Laurentium Petroncelli fabrum argentarium*, aut *Joſephum Grazioli Giojelliere Patentato* profeſſores eſſe hiſtoriæ naturalis. Quare unuſquiſque intelligit cæca fide ſubſcripſiſſe illos Folio, quod exhibitum eſt, quodcumque eſſet, pari facilitate ſubſcripturi ſi contineret orationem Demoſthenis, aut Pindari Idillium. Hæc, inquam, mitto. Nam cum

ma-

magis ipſi decidant, an ſub genere = *delle Gioje* = compræhendantur Margaritæ, quam dicant, Vocabularium Mercatorum *di Gioje* hoc verbum vertere in Lapides prætioſos, ideo ſpernendi ſunt, quia *Judices* agunt, non *Teſtes Bart. in leg. qui Teſtamentum ff. de Teſtam. Bald. in leg. ſola ſub num.* 1. *de Teſtibus*, *Innoc.*, *& cæteri Doctores in cap. cum Cauſam num.* 2., *&* 3. *eod. tit. Cravett. conſ.* 41. *num.* 4. *Rot. dec.* 372. *num.* 10. *coram Dunozet. Jun. dec.* 32. *num.* 8. *coram Merlin.* = ibi = *SECUNDUS VERO POTIUS JUDICAT, QUAM TESTIFICETUR, ET SIC FIDEM NON FACIT* = *coram Cecin. dec.* 1882. *num.* 9., *coram Falconer. in Miſcellan. deciſ.* 44. *num.* 16., *& in rec. dec.* 544. *num.* 5. *part.* 18. *tom.* 2. = ibi = NAM PRIMUS DETEGITUR NIMIS AFFECTATUS, ET ASSUMPSIT PARTES JUDICIS, UNDE CUM POTIUS JUDICET, QUAM TESTIFICETUR NON EST ATTENDENDUS =

23 At Statutum GABELLARUM Ferrariæ diſtinguit inter verbum *Gioje*, & verbum *Perle*. Oh egregiam auctoritatem, ex qua peti debeat hujus quæſtionis ſolutio! Nego primum ullam inibi incidiſſe abſolutam diſtinctionem inter hæc duo Vocabula, cum ſcriptum ſit = GIOJE LEGATE, *Perle* &c. = Patet igitur diſtinxiſſe Statutum Gemmas auro argentove incluſas, ab iis quæ ſolutæ eſſent. Cum Margaritæ ut plurimum ſolutæ deferantur, & vix filo inſertæ, perraro autem incluſę auro argentoque; ideo Statutum ſub generica appellatione = *di Gioje legate* = recte compræhendere potuit *Margaritas*, ſi afferrentur *legate*; ſeorſim autem meminiſſe = *delle Perle* = ut illas indicatet, quæ vel Lineis unitæ, vel ſolutæ afferrentur. Hæc tamen ut vult quiſque accipiat. Dicam breviter, Statutum *della Gabella* vice Vocabularii fungi non poſſe, ut veram inde hauriamus generum, ac ſpecierum notionem. Maxima eſt Publicanorum ſedulitas, ut ne ſpecies cum ſpecie confundatur, & gens illa eſt parum amica verborum generalium, quibus decurtari facile poſſet vectigal, ſemper copioſius, ubi ſpecies multiplicentur. Si illius Statuti cathalogos percurras, infinitas rerum ſpecies deſcriptas invenies, quæ commode ſub *genere* deſignari potuiſſent. Nulla igitur probatio ex *Statuto della Gabella*, cujus auctorum maxime intererat ne vel minima moveri poſſet quæſtio de Vectigali, cum ad Ferratiæ telonia non adſint *Petronellius*, *&* *Gratiolus*, qui ſua rerum naturalium peritia poſſit ſtatim pro opportunitate decidere an a concha, an a marino frutice, an a Montium viſceribus venit prætioſa materies graviori, leviorive Vectigali ſubiicienda.

Ma-

24 Maneat igitur nihil minus ab Adverſariis probari, quam ut verbum = *Gioje* = adamuſſim reſpondeat generi, quod in ſenſu Ulpiani deſignatur verbo *Gemmæ*. Contrarium imo, quod illud latius, hoc minus late pateat, illoque indubie comprehendantur *Margaritæ*, evidentiſſimum eſt cum ex Scriptorum auctoritate, tum ex vulgari uſu loquendi præclariſſimis Teſtimoniis comprobato. Id cum maneat, Cauſſa quod ad *Margaritas* attinet acta eſt. Sed videant nihilominus Adverſarii quid ponam. Pono, *dubium* eſſe num genus deſignatum Vocabulo *Gioje* latius nec ne pateat genere deſignato a Vocabulo *Gemmæ*, ac proinde dubium eſſe, utrum *Margaritæ* comprehendantur ſub genere illo, quod deſignare ſolemus verbo = *Gioje* = Id ſaltem dubium eſſe ipſimet Adverſarii, niſi pudor omnis abjectus ſit, fateri coguntur. Etiamſi nulla exceptione laborarent quos ipſi adducunt Teſtes, attamen Teſtes alii ipſorum Teſtibus contradicunt. Lexica ipſa tum Gallica, tum Itala late extendunt verbum = *Gioje* = ut, & *Margaritas* contineat. Alia ſuppetunt Scriptorum loca, quibus idem traditum eſt. Nullam vero legem, nullam Tribunalium receptam opinionem, nullam rem judicatam afferunt Adverſarii, quibus doceant, ſub hoc genere, quod vernacula lingua exprimitur verbo = *Gioje* = non contineri *Margaritas*. Quanam ergo confidentia negabunt, liberaliſſimos Nos non eſſe, dum idipſum quod certum pro Nobis eſt, dubium ſaltem contra Nos, & in eorum gratiam eſſe fingamus?

25 At vero ſi idipſum dubium eſt, ergo non *Ulpiano*, ſed *Paulo* duce ac Magiſtro, Cauſam Sac. Tribunali definiendam proponam. *Paulus* enim in *Leg. Pediculis* §. *Auro facto ff. de Aur.*, & *Arg. leg.* hanc præciſe proponit quæſtionem = DE IIS QVÆ DUBIUM EST, CUJUS GENERIS SINT = Quid ergo definivit? *CONSUETUDINEM PATRIS FAMILIAS SPECTANDAM*; nimirum QVO LOCO QVOVE USU Pater familias, qui Legatum reliquit res illas dubii generis habuerit. Jam vero certiſſimum eſt partem muliebris ſuppellectilis eſſe Lapides, lapillos, Margaritas, Corallia, Amethiſtos. Quo igitur loco, quove uſu hæc habebat Marchioniſſa Cauriani Villa? Omnia quidem promiſcue, ac eodem loco; omnia eidem uſui, nempe ornamenti gratia. In Cauſa, quæ ex bona fide agitur, minutas has notitias congruis documentis comprobare haud curavimus. Præ omni Documento ac Summario ſit *probitas*, & *honeſtas* Marchionis Villæ. Ipſe Defunctæ Vir, qua cum perpetua vitæ conſuetudine uſus eſt, dicat quo loco, cuive Uſui deſtinaverit

Digitized by Google

rit Uxor *Margaritas*? Dicet utique = *Fralle Gioje* = *INTER GEMMAS*. Perſpectum eſt omnibus quam diligens quam curioſa ſit Mulierum ſollicitudo in rebus hujuſcemodi ſervandis, & unuſquiſque ſibi videre videbitur Marchioniſſam Felicitam *Lapides*, *Lapillos*, *&* *Margaritas*, eodem Cubili, nec eodem tantum Cubili, ſed eodem Scrinio, nec tantum eodem Scrinio, ſed eadem theca accurate ſtudioſeque una ſimul ſervantem, cum vero iis Ornamenti cauſſa uteretur, promiſcue lapillis, lapidibus, Margaritis caput, pectus, brachia, digitos ornare ſolitam.

26 Quam obrem ſi certiſſimum eſt, Teſtatricem inter Lapides prætioſos collocaſſe Margaritas, eodemque uſu habuiſſe Margaritas ac cæteros prætioſos lapides, finge, per nos liceat, dubium eſſe, utrum *Margaritæ* pertineant ad genus deſignatum Vocabulo = *Gioje* = Propterea quod dubium ſit, an hoc Vocabulum reſpondeat verbo = *Gemmæ* =; ſi id finxeris, litem dirimet *Conſuetudo Matris familias*. Conſuetudinem autem Matris familias ex loco, & uſu, quo Margaritas habuerit, deſumemus. Sed jam audiamus verba *Pauli in dicta Leg. Pediculis §. Auro facto*, ibi = *In iis*, QUÆ DUBIUM EST, CUJUS GENERIS SINT CONSUETUDINEM PATRIS FAMILIAS SPECTANDAM, *non etiam in iis, quæ certum eſt ejus generis non eſſe*. *Quidam Primipilaris Uxori ſuæ argentum eſcarium legaverat*. *Quæſitum eſt tum Pater familias in Argento ſuo Vaſa habuerit, quibus, & potabat, & edebat, an Legato hæc quoque Vaſa contineantur? Scævola reſpondit* CONTINERI =, ibique *Gloſſ*. *Titius legavit mihi argentum ſuum potorium, quo utebatur ad bibendum; habebat idem Titius argentum eſcarium quo utebatur ad eſcam, ſive ad comedendum, habebat etiam quædam vaſa argentea, quibus promiſcue utebatur, & in eſca, & in potando, & ita dubium erat, cujus generis eſſent utrum de genere argenti potorii mihi legati, an de genere argenti eſcarii; numquid dicta Vaſa continentur in meo Legato? Et dicitur*, QUOD *SIC, SI TESTATOR ERAT CONSUETUS TENERE, ET HABERE EA INTER ARGENTUM POTORIUM*, *& ita recurrimus in hoc dubio ad Conſuetudinem* = Paulo autem concinit *Ulpianus in Leg. 1. ff. de Tritit. Vin. , & Oleo legat.* = ibi *Vino legato acetum quoque continetur; quod Pater familias VINI NUMERO HABUIT* = Concinitque *Servius in Leg. Labeo ff. de Supellect. leg.* ibi = *Sed de iis quidem DUBITARI poteſt ſupellectilis potius, an argenti, an veſtis ſint, Servius fatetur, ejus Sententiam*

tiam, qui legavit, adſpici oportere, IN QUAM RATIONEM EA SOLITUS SIT REFERRE =

27 Traduntque paſſim *Voet. in Pandect. ad dict. Leg Peculis lib. 34. tit. 2. §. 4. in fin.* = ibi = *In iis de quibus dubium eſt cujus generis ſint, ſeu cui generi accenſeri debeant, conſuetudinem ſpectandam eſſe* =; *Calvin. Lexic. Jur. verb. Gemma* = ibi = *Appellationes rerum ex communi uſu exaudiri convenit, maxime in nomine Suppellectilis, igitur verborum proprietati ſerviendam, cui comes eſt Teſtantis ſententia* =; *& Rota in Recen. dec. 239. num 4. par. 7. deciſ. 263. num. 9. part. 9 tom. 1., & in Romana Legati 14. Maii 1779. §. 4. coram bon. me nor. Ratta*.

28 Dicta haec ſunt, ſalva Servii, Sabinii, ac Ulpiani ſentententia, putantium ſub verbo = *Gemmae* = non contineri *Margaritas*, nam ſatis ſuperque probatum eſt nec vernaculum verbum = *Gioje* = eadem accipi ſignificatione, qua apud Latinos accipitur verbum = *Gemme* =, nec ſi id ipſum dubium eſſet, negari poſſe comprehenſionem Margaritarum ſub Legato = *delle Gioje* = Sit tamen quod Adverſario contendunt, Demus momento temporis Synonima eſſe Latinorum = *Gemmae* = & Italorum = *Gioje* = At ſatis ne erit Servii ac Sabini Sententia, quam refert *Ulpianus in Leg. 19. ff. de Aur. & Arg.* ut a Genere Gemmarum Margaritae excluduntur? Minime. *Ulpianus in Leg. 19. § Perveniamus de aur. & arg. Leg.* non ad directe denit, quod Adverſarii contendunt, nempe a *Gemmarum* genere Margaritas excludi. Quaeſtionem generatim definit Ulpianus de rerum acceſſionibus, & de eo quod cuique rei cedat. Incidenter loquitur de Margaritis, & non ex ſua, verum ex Sabini & Servii Sententia illas excludit a genere Gemmarum. Patet igitur eruditionis Cauſſa quaeſtionem nominis ea lege moviſſe Juriſconſultum: Quid ergo ſi, pace Ulpiani dixerim, certum ſit, neque etiam apud latinos verum fuiſſe, Margaritas Gemmarum nomine non contineri? Cui vero magis credendum? Num Servio, Sabino, ac ULPIANO ſequioris aevi Scriptoribus, an Scriptoribus *aurei Saeculi*, ac purioris Latinitatis? Audiamus enim PROPERTIUM *lib. 1. Eleg. 14. verſ. 12.* Ita cultiſſimus, puriſſimaeque Latinitatis Vates cecinit = *Et legitur Rubris Gemma ſub aequoribus*.

29 Sequiores aevi Scriptores, ſed non minus viventis adhuc latinae linguae cultores egregii eodem ſenſu *Gemmas* appellarunt, ut nimirum & *Margaritas* hoc vocabulo deſignarent. MARTIALIS *Epigram. 28.* ſcribit = *Cedet ERYTHREIS ERUTA GEMMA VADIS* = *Briſſonius* autem

de

Digitized by Google

*de verb. ſignific. lib.*11. *Verb. Margarita*, referens SABINI Sententiam in Polyhiſtore *cap.*54. inquit = *Margaritas legant plurimas maximaſque: Conchæ ſunt in quibus hoc genus LAPIDUM requiritur, quæ certo anni tempore luxuriante conceptu ſitiunt rorem, veluti Maritum cujus deſiderio biant. Et quum maxime lunares liquæ fiunt adſperſiones oſcitatione quadam hauriunt humorem cucupitum. Sic concipiunt, gravideque fiunt, ac de ſaginæ qualitate reddunt habitus unionum. Nam ſi purum fuerit quod acceperint, candicant orbiculi lapillorum ſi turbidum aut pallore langueſcunt, aut ruſo innubilantur. Denique quoties excipiunt Matutini aeris ſemen fit clarius Margaritum, quoties veſpere fit obſcurius quantoque magis hauſerit, tanto magis proficit LAPIDUM MAGNITUDO* = Atque hinc mirum non eſt, ſi omnes Lexicorum Latinæ Linguæ Auctores *Margaritas* ſine ſcrupulo juxta genium hujus Linguæ ad *Gemmarum* genus referant, non ſine murmure de *Sabino*, ac *Servio*, qui *ſingularem* hujus verbi ſignificationem invexerunt, cum apud omnes antiquos Latinitatis Scriptores ſub *Gemmarum* genere, vel *Margaritæ* compræhendantur.

30 Ita *Auſonius Popma de different. verb. verb Gemma* = ibi = Margaritas autem nec gemmis, nec lapillis contineri = ſatis conſtitiſſe Sabinus ait, quia a Concha apud Rubrum = Mare, & creſcit, & coaleſcit, quam tamen differen- ☞ tiam Auctores non obſervant, qui Gemmæ, & Mar= garitæ vocabulis ita fere utuntur, & lapilli nomen communiter tradunt Gemmis, & Margaritis = ; Ita *Stephanus Daoiz Summ. Rei civilis tom.*1. *lit.G verb. Gemma* = ibi = Gemmarum nomine continentur Smaragdi, = Elenchi, Chryſoliti, Margaritæ, Amethyſti = Idem *verb. Margaritæ* = ibi = MARGARITARUM nomine continentur etiam GEMMÆ = ; *Forcellin. Lexicon. totius Latinit. tom.*2. *verb. Gemma* = ibi = Gemma pietra = prezioſa, lapillus pretioſus. Speciatim dicitur de la= pillis, qui annulo includuntur. DICITUR QUOQUE = DE MARGARITIS = ; Atque ita pariter magnus *Cujacius lib.*1. *obſerv. tom.*3. *ad tit. de aur.*, *&* *argent. leg. cap.* 18. *lit. D.* = ibi = In eamdem Leg. 19. ſatis = conſtare, Vulpianus, ait Juriſconſultus ſcilicet, alii ☞ autem Auctores refragantur, Margaritas nec gemmis, = nec lapillis contineri, quia Concha apud Rubrum mare = & creſcit, & coaleſcit.

31 Quanquam non eſt, ut diutius Servii, Sabini, ac Ulpiani grammaticam vexemus. Sua licet ſtet Juriſconſultis il-

lis

Digitized by Google

ſis opinio; attamen ſi Legis auctoritatem quærimus, non video, cur non potior nobis erit Sententia Imperatoris in *Leg. Unic. Cod. Nulli licere in fræn. & equeſtr. Sellis Margaritas &c. aptare*. Ita namque ea lege ſcriptum eſt = *Nulli prorſus liceat in frænis, & equeſtribus Sellis, vel in balteis ſuis Margaritas, & Smeragdos, & Hyacinthos aptare poſthac, vel inferere; aliis autem gemmis fræna, & equeſtres Sellas, & balteos ſuos privatos exornare permittimus* =, & conſentit *Cujac. ad lib. 11. eod. titul. 12. ad Leg. Imp. Leon. Nulli licere tom. 2. col.* 804. = ibi = = *MARGARITAS* tantum, & Smeragdos, ac Hyacinthos vetat frænis, Sellis, & balteis, NON ALIAS = GEMMAS imponere = Quin Adverſarii cavillentur in vocula illa = *aliis* = quaſi res a Margaritis diverſas indigitaverit Imperator, Nam antea Margaritis adjunxerat Smeragdos, & Hyacinthos qui certiſſime *Gemmarum* nomine continentur. Ergo ſi deinde dixit = *aliis autem Gemmis* = quemadmodum illud = *aliis* = refertur ad Smeragdos, & hyacinthos, ita certiſſime refertur etiam ad *Margaritas*.

32 Cæterum diatriba hæc omnis inutilis eſt. Quidquid ex Sabini, ac Servii Sententia tradiderit *Ulpianus in Leg. 19. ff. de arg. & aur, leg.* certiſſimum eſt *nimiæ Subtilitatis* eam traditionem notatam fuiſſe a Sac. Tribunali, ideoque receptum eſſe, ut *communis uſus loquendi* ſpectandus ſit, non autem rigidior, quæ Juriſconſultis illis placuit verborum acceptio, Diſtinxit Ulpianus a Gemmis non modo Margaritas, verum etiam lapillos = ibi = Gemmæ = autem ſunt pellucidæ Materiæ, quas, ut refert Sabinus, Servius a Lapillis eo diſtinguebat, quod Gemmæ = eſſent pellucidæ materiæ, veluti Smeragdi, Cryſoliti, = Amethyſti = At vero Sac. Tribunal diſtinctionem inter gemmas, atque Lapillos minime probavit, & *adverſus Ulpianum* cenſuit ſtandum eſſe communi uſui loquendi: omnes promiſcue lapillos cum lapidibus aliis pellucidæ materiæ confundunt. Cur ergo non idem de Margaritis ſentiendum? Nonne & communis loquendi Uſus eas cum Gemmis confundit? Id jam ſupra probatum eſt. Sed conſulant ſemetipſos Judices ſpectatiſſimi, atque ipſi Adverſarii. Quoties enim *ore proprio* Gemmas appellantes & maxime = LE GIOJE = non & Margaritas appellare intellexerunt?

33 Sed Sac. Tribunalis Sententia ſubtilitatem Ulpiani abiiciens, & uſum ſervans communem loquendi habes in *Bononien. Tabulæ Gemmatæ* 30. *Martii* 1778. §. 5. & *ſeq. cor. bon. mem. Litta* = ibi = Itaque Domini dicebant, aba-

= abachum marmoreum lapillis affabre, pretioſeque diſtin= ctum contineri Legato pio, quo relicta fuerunt = *tutti gli Orologgi di detto Teſtatore, argentarie, Ori, Gioje, e qualſivoglia altra coſa di prezzo* = *Nam, quamquam Juris noſtri Creditores tradiderint, non comprehendi Lapillos nomine gemmarum, quæ, ſecus ac illi, pellucidæ ſunt Leg. cum aurum &c.; tamen SENTENTIAM ILLAM MODERATUR, ET TEMPERAT LOQUENDI USUS, ET CONSUETUDO TESTATORIS. Cuſtodes voluntatis Defunctorum flagitant Leges quidem, ut ſcrutemus morem loquendi eorum, quem aſſequuti teneamus omnino PROPRIETATE VERBI NEGLECTA, in qua nequit veſtigium ineſſe voluntatis, quæ diſcordare, & diſſentire ab illa conſueverat* = Et §. 7. = *Certum eſt autem, quod GEMMAS DISTINXIT A LAPILLIS diligentia quædam ſubtilis Auctorum noſtri Juris, quos ita ſentientes reprehendebat erroris Laurentius Valla Grammaticus, & Virum ſane non indoctum de proprietate verborum diſceptantem cum Auctoribus noſtri Juris vapulaverunt Rroukous, & Dukerus, ut advertit prior Deciſio mea §. 4.; Attamen non eſt dubium, quod diſtinctio Gemmarum; Lapillorumque ſedulitatem ſapit, quam communiter loquentes tenere non ſolemus* =

34 Quid plura? Si nulla (quod ſciamus) præciſa Sac. Tribunalis res judicata prodiit, qua expreſſim decerneiur, communem uſum loquendi prævalere Sententiæ Servii, in ipſa quæſtione comprehenſionis *Margaritarum* ſub Legato *delle Gioje*; Si ſatis non eſt Adverſariis exprobratam fuiſſe a Sac. Tribunali *Servii* Sententiam in quæſtione comprehenſionis *Lapillorum* ſub appellatione *Gemmarum*; habeant jamunius Doctoris pro veritate ſcribentis præciſiſſimam hujuſmet quæſtionis ſolutionem. Quæſitum alias fuit an *Margaritæ* comprehenderentur ſub appellatione = *delle Gioje* =, interrogatuſque fuit *Politus* non obſcuri nominis Juriſconſultus, ſed eo hac in quæſtione præſtantior, quod modernior eſt quod Italus, deque recentiori loquendi uſu apprime inſtructus. Quid ergo Politus? Minime deterritus Sententia Servii, ex ipſo communi loquendi uſu reſpondit, Margaritas contineri ſub Legato = *delle Gioje* = En igitur non Juriſconſultum modo, ſed teſtem, communem uſum loquendi ampliſſime comprobantem. *Politi* verba *tit. de Legat. diſc.* 137. *num.* 18. & *ſeqq.* hæc ſunt = *Qualche maggior apparente ragione a primo aſpetto mi ſembrò concorrere a favore delle Dame Eredi nella ſeconda parte dell' eſpoſto Legato riſguar-*

dan-

dante LE GIOJE *atteſa l' opinione di Sabino, e Ulpiano nella Leg. &c.: Ma fatta indi la dovuta diſtinzione tra la ſeverita del Secolo in cui viſſero i ſudetti Giureconſulti, e con la proprieta del Legale ſignificato, con cui eſſi inteſero favellare, ed in appreſſo tra il coſtume piu colto de' Secoli ſucceſſivi, e l' intelligenza comune, che* NATURALMENTE HANNO LE DAME *nel parlare delle loro* GIOJE, *finalmente ho compreſo, che nel preſente caſo la Teſtatrice* NON INTESE DE ESCLUDERE LE PERLE DAL LEGATO INDEFINITO DELLE GIOJE, *poiche eſſendo oggi certiſſimo, che le Perſone Nobili, e ſpecialmente le Dame* SOTTO LA GENERICA ESPRESSIONE DELLE SUE GIOJE, *eſſe intendono indicare, ed abbracciare l' unione, ed il corredo* DI TUTTI INDISTINTAMENTE I GIOCALI, *perciò ceſſa non ſolo l' antica diverſità conſiderata da' ſudetti Giureconſulti, ma acconciamente ſubentra la limitazione nelli ſudetti Teſti portata dalla diverſa intelligenza, che abbia avuta il Teſtatore, o che abbia introdotto l' uſo delle Genti &c. in qualunque modo per tanto doveſſe giudicarſi diverſa la denominazione delle Perle da quella delle Gioje, o per naturale loro origine, o per intelligenza Legale, ad ogni modo l' uſo comune, e l' intelligenza univerſale delle Perſone* Nobili, *trattandoſi d' interpretare un Legato recente* DEE PRIVATAMENTE ATTENDERSI, *e giuſtamente prevalere all' anzidetta antica intelligenza* =

35 Hæc de *Margaritis*. Veniunt nunc ex ordine CORALLIA. Cur vero ſi Margaritæ in Legato comprehenduntur Corallia expungamus? Scimus quidem Corallia fruticem eſſe Marinum. Sed ſcimus etiam qua de cauſa Margaritæ quæ *Oſtrea* ſunt, inter Gemmas accenſentur, ac ſub genere = *delle Gioje* = comprehenduntur, ea de cauſa accenſeri, & comprehendi quoque debere *Corallia*. Nullam rationem diſcriminis videmus; cur *uſus loquendi* propitius eſſe nequeat *Coralliis*, ſi favet *Margaritis*; Nam Corallia quoque vulgarem uſum loquendi accenſere in numero = *delle Gioje* = Compertum eſt omnibus. Cæterum in allegata *Bononien. Tabulæ Gemmatæ* 30. *Maji* 1778. *coram bon. mem. Litta*, conſtitutum eſt generatim, *omnes Lapides pretioſiores* ſub genere *Gemmarum* contineri. Ergo & Corallia continebuntur, quæ ipſa *Lapides pretioſi* cenſentur eſſe. Ita *Forcellin. Lit. Cor.*, ibi = *Coralium, Corallium, & Curalium tot enim modis tum Græce, tum Latine ſcriptum invenitur, frutex* Ma*rinus colore viridi baccas ferens candidas ſub aqua, ac molles, quæ exemptæ confeſtim durantur. Ajunt ipſum fruticem tactu protinus lapideſcere* = Facciolat. *verb.*

Co-

Corallo = ibi = *Corallo* PIETRA DI COLOR ROSSO *Corallium* = ibi = *Corallium frutex ſub aqua naſcens colore viridi, qui ex aqua exemptus confeſtim lapideſcit, rubremque contrahit* = *Alberti Vocabul. verb. Corallo*, ibi = *Corallo Pianto, che naſce nel fondo del Mare di ſoſtanza pietroſa* =

36 Superſunt AMETHISTI, Eſt ne dubium, quin, *Le Ingranate* = latino vocabulo appellentur *Amethyſti*? Ita ſane Vocabularia omnia vertunt = *Le Ingranate* = Reque vera non aliter verti poſſunt. Nam Lapides ſunt pellucidę materiæ, eoque colore quoad amuſſim *Amethyſtos* eſſe perhibetur; ut apud *Vicat. voc. Jur. verb. Amethyſti*, ibi = *Gemmæ ſunt purpureæ, permixto violaceo colore, leniter quasdam flammulas fundentes. Cauſa autem nominis hujus eſt, quod ſit in purpura illarum quiddam non ex toto igneum, ſed vini coloris habens, ut Plin. 37. cap. 9. & Iſidor. lib. 4. Etym. cap.* 10. = Quod ſi ergo = *le Ingranate* = Amethyſtorum naturam habeat, eas a Legato *delle Gioje* = expungere velle, idem eſt ac Ulpiano contra litere, cujus auctoritatem tanti faciunt Adverſarii. Ulpianus enim in dicta *Leg.* 19. *ff. de aur.*, *& arg. Leg.* expreſſim inter Gemmas connumerat AMETYSTOS. Cæterum verte ut lubet vocabulum = *Ingranate* = ſemper verum erit, Lapides illos eſſe, ac Lapides pellucidæ materiæ, ita ut ſecundum ipſam Adverſariorum, & Ulpiani Sententiam expungi numquam poſſint a genere Gemmarum.

37 Atquè hic loci animadvertendum eſt ad Teſtimonium *Jo. Baptiſtæ Keisler* exadverſo afferendum, de quo ſupra., ubi de Margaritis egimus, verba facere conſulto prætermiſſimus. Is enim qui titulos ſibi inſcribit = *di publico Stimatore, e Gioſelliere* = auſus eſt, ſine tamen Jurisjurandi religione, affirmare = *Che ſotto la denominazione di GIOJE &c. non s' intendono le Perle, le Ingranate, e i Coralli* = Vide igitur hominis aut imperitiam, aut malam fidem. Cur ſub appellatione = *delle Gioje* = minime veniunt = Le *Ingranate* = Nonne Ametyſti ſecundum ipſum Ulpianum Gemmę ſunt? Nonne = *le Ingranate* = lapides ſunt pellucidæ materiæ? Quod ſi ergo falſiſſime is teſtis affimat, ſub appellatione = *di Gioje* = minime contineri = *le Ingranate* = nullam ſibi conciliare poteſt in ea quoque parte, qua affirmat ſub appellatione = *di Gioje* = non contineri Margaritas. Mendax enim, ac falſus in uno, mendax, ac falſus in omnibus.

Quare &c.

Franciſcus Riganti Adv.

Jo. Baptiſta Ciceroni

89421.

Digitized by Google